

stotele concinnatas partim ex Euclide domum q̄s postlimi-
niō revocatas possidet. Idem de reliquis constat ex inspe- *Mortuas*
ctione veræ Philosophiæ, modò sciatur non esse membrum
Philosophiæ vivum & consequenter Disciplinam veram, nisi
tale quid utrumque principium essentialē, puta præmissam
Intelligentiam, & superstructam Scientiam, in se complectā-
tur. Nam quod omni caret demonstratione, vivum corpo-
ris Philosophici membrum non absolvit, sed aut *Inchoamen-*
tum saltem *sciagraphicū* est, ut ubi meræ definitiones inve-
niuntur & distinctiones: aut *Seminariū*, ut ubi meræ sunt Hi-
storiæ: aut *sceleton*, ut ubi nudæ Propositiones pro junioribus
discipulis ordine recensentur: aut *corollarium*, ut ubi praxis
& usus in gratiam vulgi nudè præscribitur reservatâ doctis
scientiâ. In quibus omnibus methodus est arbitraria, mo-
dò ne nimis sit confusa, difficilis, aut prorsus absurdâ, contra
naturalem ipsius rationis exaltatâ ductum.

S. 29. Quod ad ipsius Scientiæ Methodum essentialēm (b) *Methodus*
attinet vel me tacente quivis intelligit absurdum esse egnos essentialiū
jungere post remonem, h. e. ab ignotioribus ad notiora, vel ut *unica est*,
clarius dicam Methodo cetero vulgo dicitur analyticā (quæ tam-
en sensu Aristotelico nihil minus est quam analyticā) à
principiatis ad principia progredi; ita notandum est Unicam
scientiarum tradendarum esse viam essentialēm, unicam
methodum, quam sive Syntheticam dicas, sive alio quoqun-
que nomine velis insignire, perinde est, modo scias à princi- *A principiis*
piis ad principia semper esse progrediendum, ut in Architecto- *ad principia*
nicis a fundamento ad parietes, ab his ad tectum: Licet e- *piana*,
nim in unius esset simplici demonstratione liberum sit utra-
vis methodo uti, juxta Cap. 3. Memb. 1. Sect. 3. in integris ra-
men scientiis tradendis, Bone Deus! quæ confusio futura,
quæ difficultas, si ab ultimis Propositionibus inchoantes
centum ferè (alioquin prius demonstratas & jam notas) ex
quibus harum dependet veritas, auditori non nisi post certi-
ficandas promitteremus, & interea ut intellectum ad o-
mnes adhuc ignotas hinc inde distractum quasi teneat & sus-
cipiat.